

edisserere nobis parabolam istam; At ille dixit; Adhuc & uos
 sine intellectu estis; Non intellegitis quia omne quod in os in-
 traxit in uentrem uadit; & in secessum emittatur; quae aut pro-
 cedunt de ore; de corde exeunt; & excoquinant hominem;
 De corde enim exeunt cogitationes male; homicidia; adulteria;
 fornicationes; blasphemiae; furtiua; falsa testimonia; haec
 sunt quae coquinant hominem; non lotus autem manibus;
 manducare ^{panem} non coquinat hominem; Et egressus inde
 ih̄s; secessit in partes tyri & sidonis; & ecce mulier chanaea
 a finibus illis egressa; clamauit dicens ei; Misere mei dñe
 fili dauid; filia mea male ademonio uectatur; Qui non respon-
 dit ei uerbum; Et accedentes discipuli eius; rogabant eum
 dicentes; Dimitte eam; quia clamat post nos; Ipse autem
 respondens ait; Non sum missus; nisi ad ues quae perierunt
 domus isrl̄; At illa uenit; & adorauit eum dicens; Dñe; ad-
 iuuame; qui respondens ait; Non est bonum sumere panem
 filiorum; & mittere canibus; At illa dixit; Quam dñe; nam
 & ex telli edunt de micis; quae cadunt de mensa dominorum suo-
 rum; Tunc respondens ih̄s; ait illi; O mulier; magna est fides
 tua; fiat tibi sicut uis; & sanata est filia illius; ex illa hora;
 Et cum transisset inde ih̄s; uenit secus mare galilaeae; & ascendens
 in montem sedebat ibi; & accesserunt ad eum turbae multae;
 habentes secum mutos; claudos; caecos; debiles; & alios mul-
 tos; & proiecerunt eos ad pedes eius; & curauit eos; Ita ut turbae
 mirarentur; uidentes mutos loquentes; claudos ambulantes;
 caecos uidentes; & magnificabant dñm israhel;

IN AUTEM DIE QUO DOCUIT DISCIPULIS
 dixit; Misereor turbae; quia triduo iam perseuerant mecum;
 & non habent quod manducent; Et dimittere eos ieuunos nolo;
 ne deficiant in uia; & dicunt ei discipuli; Unde ergo nobis